

Sanguinis, pars atque jacet locis in  
gloria notis;

Erigit contra jecoris beata  
hospes, en! cristas tumefacta bilis,  
nunc humo surgitq; novo subinde  
nobilis usu.

Hæcce, mi Claudere, DEI propago  
cultæ Cyrrhai, thesibus cathedrâ  
Publicâ quando intrepidus non cellis  
tradere tentas;

Rem facis dignam studiis tuis. Sic  
æmulus tu porro celebriorum  
gaudeas fratrum stadiis perire  
pergere Phæbi,

Tædium nullum vigilis laboris  
obrepit cordi. Veniet beata  
hora, quâ pergrata brabea fundent  
gaudia mille.

Ameris, & gratulationis ergo  
funde.

PRÆSES.

---

**R**egia vis cordi conceditur, ep̄ar iniquo,  
quod præstat, per agit munere, doctus ait.

Esto coquus rex ipse tuus, culpa excidit ep̄ar,  
alget si nudò clausa culina foco.

Ergo senex qui præstò jecur, CLAUDERE reducis  
ornatumque bonis usibus addis, ave!

Claudero Respondenti doctissimo *iuday-*  
MOVSE quævis precatur

Johan. Theodorus Schenck, Med.  
D. & P.P.